


+ SECUNDUM +

respicite uolatilia caeli · qm̃ non seminant neque metunt ·
neque congregant in horrea · & pater uester caelestis pascit illa · nonne uos magis pluris estis illis · quis
autem uestrum cogitans · potest adicere ad staturam
suam cubitum unum · & de uestimento quid sollicti
estis · considerate lilia agri quomodo crescunt · non
laborant neque nent · dico autem uobis · qm̃ nec Sa
lomon in omni gloria sua coopertus est · sicut unum
ex istis · si autem fenum agri quod hodie est · & cras
in clibanum mittitur · deus sic uestit · quanto magis
uos minimae fidei · nolite ergo sollicti esse dicentes ·
quid manducabimus aut quid bibemus aut quo ope
riemur · haec enim omnia · gentes inquirunt ·
scit enim pater uester · quia his omnibus indigetis ·
quaerite ergo primum regnum dei & iustitiam eius ·
& omnia haec adicientur uobis · F

Nolite esse ergo sollicti in crastinum · crastinus enim
dies sollicitus erit sibi ipsi · sufficit diei malitia sua ·

VI Nolite iudicare · ut non iudicemini · in quo enim iudi
cio iudicaueritis · iudicabimini · & in qua mensura
mensi fueritis · remetietur uobis ·

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui · & tra
bem in oculo tuo non uides · aut quomodo dices
fratri tuo · sine eiciam festucam de oculo tuo · & ecce
trabis est in oculo tuo · hypocrita · eice primum
trabem de oculo tuo · & tunc uidebis eicere festucã
de oculo fratris tui ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
MANCHESTER 1824
The University of Manchester
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0034